

Allocutio S. Pii X  
habita occasione approbationis miraculorum  
pro Canonizatione S. Clementis

Antequam ad Beati Canonizationem perveniatur, lege sancitum est, ut duo miracula eius intercessione perpetrata, a Summo Pontifice approbarentur. Publicatio igitur S.ae Rituum Congregationis decreti, quo haec Summi Pontificis approbatio edicitur, pro Causa Canonizationis maximi momenti est. Sic paulatim mos invaluerat hanc publicationem certa quadam solemnitate insignire, sicut ceterum publicationem aliorum quorundam decretorum quae in Causarum pertractatione peculiarem vim habent. Lectio decretorum fieri solebat praesentibus Summo Pontifice et maioribus aulicis pontificiis, Cardinali Causae Ponente, S.ae Rituum Congregationis summis magistratibus et electa multitudine illorum coetuum, qui Canonizationem promoverunt. Decreto perlecto, post gratiarum actionem, ordinarie a Causae Postulatore factam, ipse Sanctus Pater allocutionem habuit, quam — uti facile intellegitur — adstantes omnes, maxime Causae Actores, summa veneratione exceperunt. Solemnes hae actiones fieri solebant in Aula Consistorii domus pontificiae vaticanae. Hic modus lectionis graviorum decretorum in Causis Sanctorum interrupta est an. 1954 propter gravem Summi Pontificis Pii XII f.r. morbum, nec adhuc reassumptus est.

His praemissis ad argumentum enuntiatum perveniamus. - Lectio decreti approbationis duorum miraculorum pro Canonizatione S.i Clementis, modo supra descripto, habita est dominica die 24 ianuarii an. 1909; sed, uti saepius fieri solebat, alterum quoque legebatur decretum, scilicet « tuto procedi posse » ad Beatificationem « Virginis de Orléans », Ioannae ab Arcu. Lectioni adstebant ex parte nostra R.mus RM. P. Matthias Raus cum suo Consilio, Causae Postulator P. Benedetti aliique sodales. S. Pius X quam sibi proposuerat pronuntiandam allocutionem, prius propria manu in charta epistularia ordinaria diligenter conscripsit currente calamo, ut emendationes aliquae superadditae demonstrant. Hoc suum autographum postea nostro P.i Generali libere cessit, qui documentum sane memorandum in Archivo nostro generali deponendum curavit.

Bonam rem esse nobiscum cogitavimus in hoc fasciculo *Spicilegii historici* semisaeculari recordationi Canonizationis S.i Clementis dicato, pontificium hoc documentum manifestum fieri, praesertim cum post auctoris Canonizationem adhuc pretiosius factum sit. Sequentibus itaque paginis textum S.i Pii X ex originali fideliter luce depictum reddimus, tantummodo propter paginarum nostrarum minorem mensuram paululum imminutum. Quamquam litterarum ductus lectioni vix difficultatem praestet, adiungimus tamen, prop-

ter maiorem omnium legentium commoditatem, transscriptionem textus. Servamus originalem textus dispositionem: figura textus igitur incipit pagina impari, continuatur pagina pari et finem habet altera pagina impari. Subter scripto Summi Pontificis RM Raus propria manu declaratoria verba apposuit quibus genuinam notam autographi testificatus est. Sed priusquam ad textum pontificium transscribendum perveniamus, necessarium erit pauca praemonere, cum Sanctus Pontifex de aliquibus rebus significare voluit, quae tunc temporis animum suum magis moverunt et quae pro pleniore allocutionis intelligentia recordari iuvabit.

\* \* \*

Non semel Pius X propter acerbiteriam rerum politicarum Italiae, ubi tunc « liberi muratores » magna in publicam rem potentia gaudebant, de « intollerabilità » condicionis Sanctae Sedis conqueri coactus est: Urbis supremus moderator (« sindaco ») Ernestus Nathan, hebraeus fuit et Ecclesiae catholicae infestissimus, strenuus item nominatae sectae assecla; annis 1907-1908 non raro lamentabantur publicae offensae in publica via non solum sacerdotibus, sed etiam praesulibus, immo Cardinalibus illatae.

An. 1908 orbis catholicus celebrare satagebat quinquagenarium decursum muneris sacerdotalis Summi Pontificis, qui die 18 IX an. 1858 ad sacrum presbyteratus ordinem evectus fuit. Romae vero pro aversa temporum ratione solum die dominico 15 XI eiusdem anni Pius X in vaticana basilica solemnissime « auream » sacerdotii sui Missam litare potuit, dum vaticana et petriana regio ingenti numero militum publicae securitatis et regii exercitus « protegitur ». Proximo festivo die Conceptioni immaculatae B. Mariae V. sacro immani terrae marisque motu civitates Reggio Calabria et Messina quasi deletae et plus quam 180 milia hominum subita morte interempti sunt. Totus mundus tantae calamitati succurrere contendit; Pius X Commissionem pontificiam, Mons. Cottafavi duce, in Messina misit, ut quantum posset multiplicibus necessitatibus subveniret. Papa ipse 500 orbos propriis sumptibus educandos assumpsit, miserimos ex catastrophe effectos Romam in pontificium hospitium S. ae Marthae conducere iussit, ex catholicorum elargitionibus quae, ipso petente, largissimae confluxerunt, summam septies centenarum milium « Lire » ad sublevandam inenarrabilem miseriam expendere potuit, sed nec hoc magnificum opus summae caritatis ac humanitatis immune mansit a molestis casibus, quos certi quidam publici administratores producere non erubuerunt.

Haec omnia quam acerbe mitis Pontifex senserit, ex nostra quoque allocutione clare datur percipere, immo censere licet Pium X hac occasione intima et familiari promptiorem fuisse ad cordis sui maiores liberis suis patefaciendas.

Ne fallimur, asseverari licet, textum quem exhibemus, animos nostros commovere non tantum ob relationem cum nostro Sancto Clemente, sed magis forsitan ex eo, quod momentum politicum ecclesiasticum illius aevi ex intimitate cordis Summi Patris reddit.

Pro sociis redactionis  
Iosephus Löw

Nessuna compiacenza può paragonarsi a quella, che  
 ad essere ogni volta che coll'ajuto del Signore posso decretare  
 l'unione degli altari a quei nostri fratelli, che avevano lo spirito di  
 opposizione della loro virtù colla loro manifesta la loro  
 potenza nel cielo coi prodigi, che per la loro intercessione si  
 facea d'operare il Signore. E questa compiacenza la provo in  
 questo di colla pubblicazione dei decreti, che sono ancora veruno tra  
 i Santi il Beato Clemente <sup>invisibile</sup> trobano, della <sup>invisibile</sup> congregazione  
 del S. Spirito e tra i Santi la Beata d'Orléans, la venera-  
 bile Giovanna d'Arc, perchè ho la di lei compiacenza, che sono  
 l'una e l'altra perenni nel mondo lavoravano e combattevano  
 nel trionfo della fede, e per le loro preghiere ottenevano il successo  
 d'incanto della pietà, che non operando le loro <sup>per</sup> ~~per~~ <sup>per</sup>  
 rifarsi alle manifeste impudenze, e altre pubbliche opinioni  
 fatte a Dio stesso.

Il Vangelo di questa domenica appartiene alla nostra vita:  
 dove il doppio miracolo operato dal divin Padre, che mentre  
 si pendeva dal monte s'innalzò in un potere letterale, che  
 prostrato in terra gli fece questa preghiera: Domine, si vis post  
 me mandare, & Gesù stese la mano lo tenui e gli disse: lo voglio:  
 tu mandalo; e subito sparsi da lui la lettera. — Ed entrato  
 che fu Gesù in Cafarnaum andò a trovarlo un certurione, venne  
 mandandolo a lui e dicendogli: Signore, il mio servo giace in  
 letto ammalato di paralisi, e nella mia casa ed è malamente  
 tormentato. E Gesù gli disse: io vengo e lo guarirò. Ma il cer-  
 turione prima di rispondere rispose: Signore, non



in continui tentati e spogliati non può fare un passo nella  
 via del bene, riconoscendo i suoi torti, e facendosi a risorgere a  
 Dio. Ma solo può guarire la. Entro l'idea nelle menti  
 e le illusioni, entro nei miseri e li perniciosi, entro nelle  
 famiglie, nelle scuole, nelle officine e le santificati.  
 Entro nella società, che è una di diritto, e vi entro trionfante  
 chiamato dalla fede e dall'amore, e riconoscendo e  
 benedetto dai viri, i viri su Dio non può come gli  
 schiavi trucidati d'eb. il corso trionfale dai darrani non  
 conquistati, ma ~~per~~ sono i rigenerati alla libertà,  
 alla vera libertà del pensiero e della fede divina, alla  
 libertà della coscienza nell'amore fatto di Dio, alla  
 vera libertà, che la soltanto si trova ov'è lo spirito  
 del Signore: ubi spiritus domini ibi libertas.  
 Clemente, l'io vanna pregate per noi!

die 24 Jan. 1909

Hanc orationem recitavit Pius PP. X<sup>us</sup> in aula  
 Vaticana a Consistorio dicta, quum perlecta fuissent duo  
 S. Congressus Rituum Decreta, quorum primum approbabat duo  
 miracula intercessioni B. Clementis tributa, alterum declarabat,  
 luto procedi posse ad Pontificationem B. Joannae d'Arc. —  
 Scripsit autem hanc orationem manu propriae laudatus Ponti-  
 fex, eamque nobis dono dedit. (Vid. Lett. Circ. meae diei 27 Jan. 1909)

In quorum fidem ~  
 Romae, ad S. Alphonsi, die 27 Jan. 1909

M. Raus. C. S. S. R.  
 Sup. Gen. et Rit. Mag.

Nessuna compiacenza può paragonarsi a quella, che io provo ogni volta che coll'aiuto del Signore posso decretare l'onore degli altari a quei nostri fratelli, che avendo lasciato il profumo delle loro virtù sulla terra manifestano la loro potenza nel Cielo coi prodigi, che per la loro intercessione si piace d'operare il Signore. E questa compiacenza la provo in questo di colla pubblicazione dei Decreti che annoverano tra i Santi il Beato Clemente Hofbauer Sacerdote della Religiosa Congregazione del SS.mo Redentore e tra i Beati la Pulcella d'Orleans, la Venerabile Giovanna d'Arc, perché ho la dolce confidenza, che come l'uno e l'altra peregrini nel mondo lavorarono e combatterono pel trionfo della fede così le loro preghiere otterranno il ravvedimento della pietà, che riconoscendo le gravi sue colpe, ripari alle manifeste miscredenze e alle pubbliche ingiurie fatte a Dio stesso.

Il Vangelo di questa Domenica propone alla nostra meditazione il doppio miracolo operato dal divin Redentore, che mentre discendeva dal monte s'incontrò in un povero lebbroso, che prostrato in terra gli fece questa preghiera: Domine, si vis, potes me mundare. E Gesù stesa la mano lo toccò e gli disse: Lo voglio: sii mondato; e subitamente sparì da lui la lebbra. - Ed entrato che fu Gesù in Cafarnao andò a trovarlo un Centurione, raccomandandosi a lui e dicendo: Signore, il mio servo giace in letto ammalato di paralisi nella mia casa ed è malamente tormentato. E Gesù gli disse: io verrò e lo guarirò. Ma il Centurione pieno di confusione rispondendo disse: Signore, non

||2|| son degno che voi entriate sotto il mio tetto, ma dite solamente una parola, e il mio servo sarà guarito. Allora Gesù disse al Centurione: va e ti sia fatto conforme hai creduto. E nello stesso momento il servo fu guarito.

E abbiamo proprio bisogno della valida intercessione dei Santi, perché la lebbrosa e paralitica società presente riconosca il male che fa e ricorra a Dio, onde la salvi dalla rovina. Ingrata ai beneficii su di essa largamente profusi, sorda agli inviti amorosi di chi la vorrebbe sulla via del bene è arrivata a tal punto da misconoscere Iddio non solo nelle grazie, colle quali la benefica, ma anche nei castighi con cui la flagella: castighi riguardati come fenomeni inesorabili della natura. E quindi non più Dio nelle assemblee e nei parlamenti, perché si ha vergogna di nominarlo, non più Dio nelle scuole se non che per deriderlo o bestemmiarlo, non più Dio nelle famiglie laicizzate, non più Dio insomma nella società, che uscita di pupillo non ha più bisogno di pedagogo. E quindi la gioventù colla così detta libertà di pensiero e di coscienza educata all'ateismo, la stampa invereconda, che mena stragi e rovine, le stesse arti belle fatte strumento di corruzione. Quindi derisi i buoni osservanti delle leggi divine riguardate ormai come rimasugli di superstizione e di ignoranza, scherniti i Ministri di Dio e impediti perfino nelle opere di umanità e di beneficenza, perseguitata finalmente dalla settaria prepotenza dominante la Religione anche negli asili, che ancora le restavano, le chiese.

Oh San Clemente, oh Beata Giovanna pregate Iddio, perché questa misera lebbrosa, che è la società presente, coperta da capo a piedi di piaghe fetenti e cancrenose, questa paralitica, che

||3|| in continui tremiti e sussulti non può fare un passo nella via del bene, riconosca i suoi torti e faccia ricorso a Dio che solo può guarirla! Entri Iddio nelle menti e le illumini, entri nei cuori e li purifichi, entri nelle famiglie, nelle scuole, nelle officine e le santifichi. Entri nella società che è sua di diritto, e vi entri trionfante chiamato dalla fede e dall'amore, riconosciuto e benedetto dai vinti. I vinti da Dio non sono come gli schiavi trascinati dietro il carro trionfale dai terreni conquistatori, ma sono i rigenerati alla libertà, alla vera libertà del pensiero e alla fede divina, alla libertà della coscienza nell'amor santo di Dio, alla vera libertà, che là soltanto si trova ov'è lo spirito del Signore: ubi spiritus Domini ibi libertas.

Clemente, Giovanna pregate per noi!

Hanc orationem recitavit Pius PP. X die 24 Jan. 1909 in aula Vaticana a Consistorio dicta, quum perfecta fuissent duo S. Cong.nis Rituum Decreta, quorum prius approbatat duo miracula intercessioni B. Clementis tributa, alterum declarabat, tuto procedi posse ad Beatificationem B. Joannae d'Arc. Scripsit autem hanc orationem manu propria laudatus Pontifex, eamque nobis dono dedit. (Vid. Litt. Circ. meas diei 27 Jan. 1909).

In quorum fidem.

Romae, ad S. Alphonsi, die 27 Jan. 1909.

M. Raus C.S.S.R.  
Sup. Gen. et Rect. Maj.